




RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Dem & Nos, quod Augustinus sent. 388. tom. 3. in summa dixit, statuimus: *postrema omnium clausula est, ET MORIEBATUR.* Triste quidem carmen, ast verum: *Mors* enim ultima rerum linea, ab omnibus tandem attingenda; *mors* naturæ lex, nullam dulcis spei partem aut munera admittens; *mors* officium ac tributum mortalium tunc dandum, quando exigitur. Affigamus ergo, Senecæ n. qq. l. 6. jussu, hoc animo, nobisq; ipsis subinde dicamus: *Moriendum est.* Varia quidem florum genera hoc tempore in viridantibus pratis, superstitionibusq; hortis, & coccino rutilantia, & ostrino blandientia colore, & vermiculato varioq;ve aspectu arridentia, non sine odorum varietate, magnitudinis ac viroris inæqualitate apparuere: sed, quàm primùm messor *falcem* iniecit, ad terram dejecti sunt omnes, eandemq; sortem magni simul & parvi, pulchri non secus ac contentibiles, fertiles æquè ac infœcundi subierunt: Ita in mundo comantis cujusdam prati, aut croceis floribus halantis viridarii instar, homines florum vice, Davidis effato, funguntur, qui omnes etiam si magnitudine, honoribus, fortunis, & formâ sint impares, & inter se discrepent: ubi tamen atra *mors falcem* immittit, omnes subito pares & æquales sunt. Nec vacat mysterio, mortem *cum falce* armatam depingi. Johannes in Apocalypsi se vidisse ait Angelum, nubi insidentem, & acutissimâ falce armatum, qui eam miserit in terram, & demessa sit terra. Angelus hic sine dubio imaginem etiam gessit judicis universum orbem terrarum judicaturi, & *falce sua*, instar messoris florea tondentis prata, summos ac imos, divites & pauperes, æquali sorte & pari respectu demessuri, cujus justitiam exequitur mors, iisdem armis instructa, ut doceat, se quoq; ima summis æquare, & pari conditione nobiles & colonos, senes & pueros, mares & fœminas, tam integras & floridas, quàm rugosas, & marcescentes demetere. Nullus autem hominum mortem omnia sine intuitu ita perfringentem, & obvia quæq; demetentem, eodemq; pede tabernas pauperum ac Regum turres, divitum palatia & rusticorum casas, militumq; tentoriola pulsantem exhorrescat; sed citò eam venientem prompto excipiat, ingentiq; provocet animo, sive horribili vastoq;ve impetu, sive quotidiano ac vulgari exitu semetipsum aggrediatur. Nec excipiat aut provocet saltem; sed & illam ipsam dextrè, verâ & constanti videlicet in Christum fide, à morte se vinci patièdo, iterum vincat, suamq;ve animam corporis ergastulo exeuntem Angelis cum Lazaro, in sinum Abrahamæ & paradysum, ubi congressio est angelorum & archangelorum, ipsiusq;ve Christi Salvatoris conspectus, deportandam tradat.

Ita mortis ictus constanti pectore, conspicuâ probitatis ac modestiæ laude fœmina **BLANDINA Winterin/** Viri præstantissimi & doctissimi, Dn. **CASPARIS Greffen/** Uxor, non tantùm excepit; sed & cordis suâ fide in Christo victrix evasit, jamq;ve quoad animam, in Abrahamæ sinu, perfectissimâ illa reque, omnes pios ad immortalè & perfectissimam in se perfectionem excipiente, angelorum ministerio depositam, æterno fruitur solatio. Quæ hujus lucis accepit usuram XV. Februar. anni cIo Io x cvii. à parentibus pietate fideq;ve optimis, & nullius præter honestatis avaris, Patre, Viro amplissimo ac Consultissimo, Dn. **GEORGIO VINTERO, Jcto, Comite Palatino Casareo, Illustrissimorum Ducum Saxonie, Lineæ Viniensis, & Generosissimorum Comitum in Mansfeldæ & Stolberg Consiliario:** Matre verò probitate ac virtute præstante fœminâ, **CATHARINA,** Dn. **HEINRICI à Clausbruch** alias **Cramers/** civis & mercatoris hic Lipsiæ quondam primarii, filiâ; quorum parentum curâ in *μακαρίτις* in omnibus honestæ vitæ institutis fuit informata, quæ etiam, amissâ licet genitrice, & patre, multiplicibus tam domi, quàm foris occupato laboribus, exemplo saltem germanarum sororum, magis magisq; suâ non sine laude, & rei familiaris tum paternæ, tum maritalis emolumento excoluit. Matura jam viro facta, genitoris voto, supra nominati Viri præstantis, & doctissimi, Dn. **CASPARIS Greffen/J. U.** Licentiandi toro, VII. August. anni M. DC. XV. promissa, & M. Julii IX. anni sequentis juncta fuit, in quo per sedecim annos, partus nunquam conscia, tranquillâ ac miti patientiâ, *vera pietatis pedisequâ,* malum dulcissimi mariti, ingenti sævitie morbi ædibus affixi, & à publicorum negotiorum cura sejuncti, semper vota alens mariti votis consona, bellè vicit, & ad finem usq; vitæ magno optimi conjugis amore ac honore continuavit, ejusq;ve ægritudines decorâ ac ingeniosâ voce, & tranquillâ morum temperie delinivit. Morbi causa, Medicorum judicio, fuit vasorum epatis apertio, quam ante biennium ferè mors loco caduceatoris præmisit, cui paulatim omnium viscerum subsecuta est *ἀνομία,* unde partes ipsæ secundum suam essentiam alimento bono & balsamo vitali destituta, *κακοχρησίαν* attraxere, quam febris primùm tertiana modò invadens, brevilenta, & tandem hectica, cum pulmonum corruptione secuta fuit, itaq; hujus honestissimæ fœminæ internecionis causa extitit, partim ob pulmonû læsionem, quæ curatu fuit difficilis, partim ob symptomata & totius corporis consumptionem. Hinc licet accurata in debellando morbo à præsentibus Medicis adhibita fuerit diligentia: naturâ tamen in cooperando succumbente, nihil pro vita ægræ medicæ adjutricis manu effici potuit. Pietatem vero, veluti ducem ac magistrâ omnium aliarum virtutum, & hoc ipso morbo, & aliâs in vitâ, incessu, moribus, gestu demonstravit, eamq; precibus in & extra Ecclesiam ad Deum fufis, iræ quoq; temperamento, ac liberali erga pauperiores beneficentiâ exornavit, iterumq;ve vacillantem, sumptione cibi ac potus sacratissimi, subinde, quod & Dominica Misericordias Domini, nec non paulò ante abitum factum, ardenti in timore ac fiducia erexit, itaq; confirmata, se ad illud nostræ mortalitatis iter accinxit. Licet enim corpore malè affecta esset, cum ejus ægritudo, ob arctissimum utriusq; partis nexû, ad ipsum pervadat animum; patientissimè tamen tulit dolores, mortis falcem minimè exhorrescens; sed delictorum veniâ impetratâ, suas levavit ærumnas, spemq; fovens animo certissimam beatæ dissolutionis, tandem XXX. M. Maji, ante IX. vespertinam, vitam cum morte placidè commutavit, cum vixisset annos XXXV. Septimanas XV. ac dies VI. Sepelietur autem corpus exanime hodie, peractis precibus vespertinis. Quo tempore ut illi, qui nostram agnoscunt jurisdictionem, ordine convenienti, uti decet, funeris exequias prosequantur, volumus & mandamus. Erit quidem hoc officium, quod præstatum piæ denatæ, ultimum, sed pium, honestum, & Viduo mœlissimo, totiq; honoratissimæ familiæ procul dubio gratum. PP. III. M. Junii, Anno salutis nostræ cIo Io c xx xlii.

L I S P I Æ, Excudebat Gregorius Ritsch.



RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.



Dem & Nos, qvòd Augustinus sent. 388. tom. 3. in summa dixit, statumus: *postrema omnium clausula est, ET MORIBATUR.* Triste qvidem carmen, ast verum: *Mors* enim ultima rerum linea, ab omnibus tandem attingenda; *mors* naturæ lex, nullam dulcis spei partem aut munera admittens; *mors* officium mortalium tunc dandum, qvando exigitur. Affigamus ergò, Senecæ n. qq. l. 6. iussu, hoc animo, nobisq; ipsis subinde dicamus: *Moriendum est.* Varia qvidem florum genera hoc tempore in viridantibus pratis, superstitibusq; hortis, & coccino rutilantia, & ostrino blandientia colore, & vermiculato varioq;ve aspectu arridentia, non sine odorum varietate, magnitudinis ac viroris inæqualitate apparuere: sed, qvàm primùm

messor *falcem* iniicit ad terram dei, estis sicut ceras, & sicut cera liquebitis. *Viridarii* instar, & formâ sint ita. Nec vacat *myrtum* ostentem, & aculeos, etiam gessit iudicium, divites & cetera, ut doceat, se tam integras &

sine intuitu ita perfringentem, & obvia qvâq; demetentem, eodemq; pede tabernas pauperum ac Regum turres, divitum palatia & rusticorum casas, militumq; tentoriola pulstantem exhorrescat, sed citò eam venientem prompto excipiat, ingentiq; provocet animo, sive horribili vastoq;ve impetu, sive qvotidiano ac vulgari exitu semetipsum aggrediatur. Nec excipiat aut provocet saltem; sed & illam ipsam dextrè, verâ & constanti videlicet in Christum fide, à morte se vinci patiendò, iterum vincat, suamq;ve animam corporis erga stulo exeuntem Angelis cum Lazaro, in sinum Abrahamæ & paradisi, ubi congressio est angelorum & archangelorum, ipsiusq;ve Christi Salvatoris conspectus, deportandam tradat.

Ita mortis ictus constanti pectore, conspicuâ prohibitac modestiæ laude foemina **BLANDINA WINTERIN**/ Viri præstantissimi & doctissimi, Dn. **CASPARIS BREFFEN**/ Uxor, non tantùm excepit; sed & cordifluâ fide in Christo victrix evasit, jamq;ve qvoad animam, in Abrahamæ sinu, perfectissimâ illareqvæ, omnes pios ad immortalem & perfectissimam in se perfectionem excipiente, angelorum ministerio depositam, æterno fruitur solatio.

Qvæ huius lucis accepit usuram XV. Februarii, anni cLo xcvll. à parentibus pietate fideq;ve optimis, & nullius præter honestatis avaris, Patre, Viro amplissimo ac Consultissimo, Dn. **GEORGIO WINTERO**, Jcto, Comite Palatino Casareo, Illustrissimorum Ducum Saxonie, Lineæ Vinarie, & Generosissimorum Comitum in Stransfeldt & Stolberg Consiliario: Matre verò probitate ac virtute præstante foeminâ, **CATHARINA**, Dn. **HEINRICI** à Clausbruch alias Exameri/ civis & mercatoris hîc Lipsiæ qvondam primarii, filiâ; qvorum parentum

